

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Abstinencia c  
cum uariis

Quam suave michi subito factum est a suauitatibus nugarum abstinere et quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium est. Eiciebas enim eas a me, tu uero summa suauitas intrabas pro eis omni uoluptate dulcior, sed non carni et sanguini, omni luce clarior, omni secreto interior, omni honore sublimior, sed non sublimibus in se.

Augustinus IX. confessionum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

metus] luctus (*cor. in marg.*) M; clarior] et *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>